

.lxviii. ITEM ALIA DE ORDINIBUS OMNIUM SANCTORUM .

HODIE dilectissimi omnium sanctorum sub una solemini
tatis lētitia caelebramus festiuitatem societate caelum
exultat¹ ; quorum patrocinii terra lētatur quorum triumphis
aecclesia sancta coronatur . quorum confessio quanto in pas-
sione fortior ; tanto est clarior in honore . Quia dum
creuit pugna . creuit et pugnantium gloria . et martyrii tri-
umphus . multíplici passionum genere adornatur . [.ii.] Nunc
ergo agite fratres adgrediamur íter uitae ; reuertamur
ad ciuitatem caelestem . In qua scripti sumus et ciues de-
créti . Non sumus hóspites sed ciues sanctorum et domestici dei ;
et iam illius herédes . coherédes² autem christi . Quia ciui-
tas ut legitur . non egébit lumine solis . sed dominus omnipotens
inluminabit eam ; et lucerna eius ágnus . Ubi sancti fulgebunt
ut stellę in perpétuas aeternitátes . et sicut splendor fir-
mamenti . qui erudiunt multos ; uerum super hęc omnia
est consociari angelorum et archangelorum coetibus ;
/133v/ thronis etiam et dominationibus . principatiis . et potestatibus
[.iii.] Omnimque cęlestium supernarúmque uirtutum contubérniis per-
frui . et intueri agmina sanctorum splendidius sideribus
micantia . patriarcharum fide fulgentia . prophetarum sensu
splendentia ; apostolorum caritate ardentia . in duodecim
tribus israel orbem iudicantia . Martyrum purpúreis uic-
torię coronis lucentia ; uirginum quoque choros . canden-
tia festa gestantes inspicere . De rege autem qui horum me-
dius resédit ; dicere uox nulla suffíciet . Effúgit enim omnem
sermonem . quia illius pulchritudo . illius gloria . illius mag-
nificentia . illius maiéstas ineffabília sunt . propter mag-
nitudinem et inménſitátem eius . [.iv.] Haec ergo fratres karissimi . firmiter

héreant sensibus nostris . hęc indesinéntium operum magna
nimitate adquirantur . Resposta est in potestate facien
tis . quia regnum caelorum uim patitur . et uiolenti rapiunt
illud . [.v.] Res ista o homo ad regnum caelestę . alium non qué
rit pretium nisi temetipsum . tantum ualet . quantum
estu . da et habebis illam . Quid tu turbaris demptio?
christus semetipsum tradidit . ut adquíreret té regnum deo
patri ; ita et tú te ipsum da ut sis regnum eius . [.vi.] Ac non
regnet peccatum inmortali tuo corpore . sed spiritus in hac
quisitionem uitae . Ad hanc igitur operum salutárium .
delectétur psalmam saluator et conditor céli fabrica
tóque mundi . qui coronis aureis clarificat sanctos suos
in regnis célestibus . Cui est honor et imperium et po-
testas . una cum patre et spiritu sancto . per infinita secula seculorum . amen .

¹ exultat] corr. from exultet

² coherédes] a letter between é and d has been erased